



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies  
Distribvtis**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1637**

B. Ægidius C. 23. Aprilis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44055**

labores spectasse. Miraculis morborumque mendicis clarus, quos aliis abstersit, sibi gratulatus est dolores, eos divinæ in se voluntatis argumenta dicitans. Venenum impiorum invidiâ mistum Reginæ cælorum benevolentia superavit, quæ piorum mensis securitatem affert, certiore utique quam ii, qui periculosas Principum epulas gustu explorant. Huic Reginæ Cælitibusque tam charum quid mirum est, si Reges nostri orbis suspexerunt, neque passi sunt THEODORVM voto suo potiri, qui cum probra sitiret, vel invitus honoribus mactatus est? Ex Surio.

O quam suave commercium, imò quam inenarrabilis dulcedo in humanis visceribus oritur, cum Creator & Creatura alternis in se invicem affectibus delectantur! sicut per prophetam dicitur, Suavis sit ei laudatio mea, ego vero delectabor in Domino. S.P. Dam. l. 7. Ep. 19.

## B. ÆGIDIUS C. 23. Aprilis.

**Æ**GIDIUS tertius Assisiatis Francisci affectus ingenuo sanctoque mentis candore ad insigne virtutis culmen pervenit. Virum, è S. Dominici familiâ, eximiâ doctrinâ, de perpetuâ Deiparae virginitate dubium sibiique difficile consentientem, tali prodigio contra ancipitem cogitationem confirmavit. Ter scipione terram impulit, dicto singulos iectus prosecutus, hoc ordine: *Maria Virgo ante partum*: *Maria Virgo in partu*: *Maria Virgo post partum*: & mox lilia totidem ad scipionis impulsu Ægidiique vocem solo emerserunt. Tertio ante suum natalem die, Christus eius spectabilis adfuit, reditu per consequentes quindecim dies instaurato. Ex quo tempore tam con-

cita-

April.  
me-  
is est  
a di-  
Re-  
pio-  
ique  
gustu-  
cha-  
exe-  
po-  
cibus  
arra-  
eator  
tan-  
latio  
Dam.

23. April. VITÆ SANCTORVM. 207  
citatis in cælum desideriis rapiebatur, ut auditu  
vel à pueris per plateas Paradisi nomine, rerum  
omnium sensu destitueretur. Septem in eo emine-  
bant virtutes, credendi constantia, pietas erga  
Deum, reverentia, commiseratio, cura officii,  
obedientia, grata beneficij memoria. Quinquaginta  
duabus annis in sacrâ militiâ meruit. Post  
mortem magnum luentium agmen è lustralibus  
flammis in cælum evexit. Obiit Perusii anno  
M. C. C. LXXXIII. Ex Surio.

*Si invenis aliquid melius, quam videre faciem Dei,  
illuc te præpara: Va tali amori tuo, si vel suspicaris ali-  
quid pulchrius quam est ille, à quo est omne pulchrum,  
quod te teneat, ne illum cogitare merearis. S. August.  
in psal. 43.*

S. GEORGIUS M. 23. Aprilis.

**A**NNO post natum Servatorem XC. supra C. C.  
GEORGIVS fortissimus CHRISTI miles, &  
ob virtutem inter Tribunos adlectus, tum Comitis  
etiam titulo à Diocletiano ornatus, cum hujus ni-  
hilominus efferam in Christianos tyrannidem  
propalam damnasset, in vincula & ipse tractus, sa-  
xum primò ingens pectori injectum supinus for-  
tiùs, quam cælum Hercules tulit; ad machinam  
deinde mucronibus omni ex parte armatam, ut  
antè ad gladios in acie, risit. Hinc calce tres dies  
sepultus, cum illustrior surrexisset, ferreos & ab  
igne candentes calceos indutus, nempe ad Olym-  
picam coronam cucurrit. Cæsus iterum immani-  
ter, ac alapis contusus, in ruborem languoremque  
ipsos carnifices dedit, & testem fidei suæ mortuum  
è tumulo produxit. Tandem post tot egregiè pu-  
gnatas pugnas coronatum pridie in carcere ab  
ipso-